

DISPUTATIO LOGICA

Quæstioni huic

AN OMNE ABSTRACTVM, SIVE SYNONYMVM LO-

GICVM SUBSTANTIVUM, ET O-
MNE CONCRETVM, SIVE PARONYMVM
ADJECTIVVM?

Ea, quæ de ordine tractandorum, tra-
& andisq; in primo logices libro, ipsis ob-
servanda, brevitate, quâ fieri potest.
præmittens.

D. O. M. A.

Consensu Ampliss: Facult: Phil: in inclutâ
Bregelana

PRAE SIDE

M. MARTINO VVOLDERO,

Diacono Palæopolitano.

R E S P O N D E N T E

CHRISTOPHORO TINCTORIO,

Drengf. Borusso.

Publicè 16. Octob. in auditorio majori habita.



REGIOMONTI,

Typis Laurentii Segebadii, Anno 1626.

175

285158



264036

VIRIS

Nobilissimo, Clarissimis, Reverendis, juxta & reveras
multarum experientia præcellentibus,

Dn. JOHANNI GANGOLFFO Locket/

Cameræ Electoralis, quæ est in Monte Borussorum
Regio, præfecto primario,

Dn. DANIELI HALBACHIO, Philos.
ac Med. D. Professoriq; in inclutâ Bregelanâ publico.

Dn. JOHANNI HALBACHIO, Pa-
stori Brandenburg. fidelissimo.

Dn. ISAACO HALBACHIO, Ecclesiaz
Palæopolitanæ Diacono Vigilantissimo, trigæ fratribus;
Consobrinis ac promotoribus suis omni
observantia prosequendis.

UT ET

AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
spectatusimi q; Viris,

Dn. HENRICO à Mellen / Senatori
Reip: Cneiph: famigerabili.

Dn. DANIELI Schimmelpennig/ Reip:
Velav: protoscabino Prudentissimo.

Dn. EVSTACHIO Schimmelpennig /
Civi Palæopolitano facile primario.

Illi promotori, his Consanguineis & Macena-
tibus iugiter amandis hasce theses
Logicas inscribit.

Christophorus Tinctorius. I

S. ap. X. 155

DISPUTATIO LOGICA.

Thesis prima.



Icio dicta quod questionū examini ea, & hanc
qua de ordine tractandorum, tractan-
disq., in primo generalis logices partis
libro, observanda, pramissuros nos di-
ximus, omnes uti adprobent fore, certi
sumus, qui hac quaq. ad hujus, aqne ac
ad id genus aliarum questionum decisionem non tam uti-
lia, quam necessaria experti hactenus. Quod, porrò, nos
id oneris nobis adsumsimus, si qui mirari suerint, hos
hujus Arist. πάντες ἀντεποιεῖσθαι τὸ εἰδέναι ὁργούσα φύση,
quod I. Metaph. cap. I. legitur, omnino oportet esse nesci-
os, quorum iure meritoq. posthabitò judicio, prapropterò ni-
mu, nimis praposterò, illorum expectantes, experien-
tesq. favorem, &, si quā errabimus, admonitionem
amicam, benivolam, his rem ipsam ordimur.

2. Quisquis es, qui, qua, dicto nobis in librō, &
adgredi, & proponere, & accurasè tractare habeat Lo-
gicus, scire discupis, artificialē Logicā naturalem
immissari, memoriam repete, constitue animo. Hujus n.
guia operationes tres; simplicium adprehensio, adpre-
hensorum compositio, de compositis discursus, seu ratioe-
natio, non poteris, quin, notatō, observatō hoc, aperi-
adseras, eodem omnino ordine & illam, cui artificialis
Logices nomen dixerit Philosophi, circa notiones harum
operationum secundas versari convenientissimè.

3. Quod quamvis non cō facias nomine ac si in primā Quaro circa
& secundā mentis operationibus errare etiam contingat; operationem
facis tamen propior discursum, uti imperfectioni, qua, 1. & 2. mentis
in hoc Logica Artificialis

Artificiale
Log.: i. tra-
ctare de noxi-
onibus secundis-
pli: probatur

1.
Exempla log:
nat:

versetur

in hoc latens, sapissimè conspicitur, syllogismò auxiliatur, quem debinc instrumenta Logica, ut internum sinem suum, respiciunt singula.

2. 4. Sed & ipsius hic hoc de notionum Logicarum ordinis Logices dñe & efformatione abunde nos instruit. Etenim, interno, syllogismo, quum easdem hos tales esse oporteat, uti ad syllogismum, finem suum ultimum, faciant; & hic ex propositionibus, tanquam principiis complexis, proximiis; haec verē propositiones, ex simplicibus notionibus, tanquam syllogismi principiis simplicissimis, remotis, primis consentient; necessariò de syllogismo doctrina de enunciationibus quedam, & huic quadam de simplicibus notionibus premituntur. Moneri interest, qui ad prædicandum apti sunt termini hi, uti enunciationis, & dein syllogismi structuram ingrediantur.

5. Breviter. Quia hoc constat quod propter syllogismum de simplicibus notionibus, ut & enunciationibus in Logicis agitur; illæ verò his simpliciores, illæ incompleta, haec complexa notiones sunt; neminem esse confidimus, qui, & optumò jure, & methodò optumā (1) de simplicibus notionibus. (2) De enunciationibus. (3) De syllogismo demum in parte Logices generali tractari, eas insicias. Vel, quia res sive òra ita disponi per enunciationes debent, ut apta siant & habiles, facta in enunciatione combinassione, ingredi syllogismum, cumq; constituere; necessum utiq; initio res, quò apta siant & habiles ad prædicandum sive enunciandum, formari: quum res omnino nulla, ut res, ens, ut ens, omnino nullum optum natum ad prædicandum, nisi per mentis operationem apicudo illi inprimatur.

3. 6. Idem eodem de ordine docere non tam videtur, quam revera doces Arist: quando lib: categor: cap: 2.
m

Aristotelis
auctoritate,

τὰ λεγόμενα in ἀνέῳ συμπλοκῆς, absq; complexione : qualia
notiones simplices, & κατὰ συμπλοκὴν, cum complexione :
qualia enunciations, & syllogismi sunt, dividens, ab
illis tractationem orditum.

7. Vnde in aprico, librum partis communis Logices
primum illum esse, qui per notiones Logicas incomplexas
predicandi habitudinem, in conceptibus primis laten-
tem, eruit, exprimit. Vel, qui res mente conceptas per
certas classes, simplicibus medianisib; notionibus Logicas,
ad predicandam disponit.

8. Notiones autem ha, quibus illam, quæ in rebus
latet, predicandi habitudinem dicto in libro erui thesis
proximè precedens afferuit, nec apud omnes eadem sunt,
nec eadem eodem proponuntur ordine. Sunt qui, postquam
in libri frontispicio terminum seu notionem Logicam
simplicem illam, quâ unum quid & simplex menti repræ-
sentatur, descripserint, eandem in primam subdividunt
& à primâ ortam. Illam, porrò, in vocis & Rei; ac eius
tractationem predicabilibus, caussâ & caussatô, subjecto
& accidente, rorâ & partibus; à primâ ortâ, definitio-
ne & divisione, eodem & diversâ absolvit addunt.

9. Quæc, hac suis adsertoribus & explicanda, &
defendenda relinquimus nos, quibus quâ voces, quâ res
ipsas dubia, immò veritati minus consona videntur.
Nam, Cūti de termini voce nihil addamus, que, latè
sumta, omnibus omnino vocabulis technologicis inponi-
tur strictev. & ut in foro logico tantum adhibetur, non
simplicem notionem, sed tres illos terminos, majorem,
minorem & medium, in quos syllogismum ultimò resol-
vi Logica docet, infert.

Quod observare bujus, qui in sede propriâ, & accuratè
hanc sibi rem tractare adsumit, quis est qui non videat?
(1.) termini definitionem hanc (a) pugnare cum pri-
mis partis Logices communis libri descriptione, in quâ

descriptio li-
bri primi par-
tis communis
Logices-

De ordine no-
tionum secun-
darum in hoc
libro tra-
ctand: opta-
mio prima.

Improbatur
bic ordo.
Notio secun-
da hanc ac:
curate voca-
tur
terminus &c

Definitio ter-
mi

minis simplicis eundem, adserores horum, non simplicem ipsarum rerum
Auctorum representationem, sed conceptus mentis simplicis, medi-
huius opinio- antibus terminis (notionibus) Logicis simplicibus, di-
ale. rectionem discunt. (3.) Esse definitam latiorem: quum non
Logica modò, b. c. secunda, notio simplex, sed & prima
medium sive instrumentum, quô quid simplex menti re-
presentatur. (4.) Immò esse, si non falsam, impropriam:
quod prima quidem rei extra mentem existens, & in
mente representata effigies, qua debinc notio rei pro-
priè dicitur; secunda verò, ut notionis notio, non tam
ipsius rei, quam notionis per reflexum mentis represen-
tatio est.

1.
Contrariae- tur definitio- ni termini.

2.
Est latior de- finitio.

3.
Est, si non
falsa, im-
propria.
Diviso ter-
minis simpli: in
voce & rei
est vitiosa.

Rat. 1.
Quia non est
formalis, b. c.
per secundas.

2.
Nec materico-
lis, b. c. per
primas.

10. (2.) Quis est qui nesciat notionis simplicis pri-
ma in vocis & rei divisionem omnino vitiostam esse?
quum neg. in se, formaliter, per secundas (nisi cum se-
cundâ primam confundere velis) taliter dividatur; neg.
materialiter, ratione fundamenti, per primas: quod, si
hoc, vel absolute, ut qualitas, vel relatiæ, ut certum cer-
tae rei signum, vox, que prima notio, sumenda fore.
Neutrò autem sumi potest. Non illò: quod taliter non,
nisi in predicamentis, secunda notio dividitur. Non hoc:
quia que representata rei imprimuntur notiones Logicas
adlicantur istud, adcommendantur signo. Reclè dico,
homo, & ut conceptu representatus, & ut voce signifi-
catus, est species animalis: In eadem quia proportiones
a q[uo]d conceptus, vox ratio est, que, ut ille, (1.) non ip-
sa res, (2.) sed rei representatio est; ille immediata, haec
nisi illius causa, mediante illò, mediata. Vi itaq[ue] con-
ceptus primus, qui signum rei nudum, pro ipse re, que
in mente representata: ita, que conceptus signum, vox,
pro conceptu & consequenter pro re ipsa, quatenus alteri
representatur, sumitur. Quodcumq[ue] verò de signato, que
signatum,

senus signatum, dicitur, idem de signo, quatenus signum,
& signata loco, intelligitur.

11. Sed usi, quod primariò hic attendimus, adponamus, neq; de voce, de causa neg., quatenus causa, ceterisq;, superioris dicti, notionibus primis in Logicis, ejusq; libro primo tractandum. (1.) Non de voce. (2.) in Logicis: Etenim, quæ vox, in Physica, quæ signum, & in abstractione, actu signato, momentò primò, sub signi titulo, in Metaph: in applicatione, actu exercitio, momentò secundò, in scientia quavis, quavis disciplina de eadem traditur: quandoquidem voces, tanquam objectorum suorum signa, suosq; terminos explicare habent singula. (3.) Non in primo Logices libro. Quanvis enim hac in Logicis de voce doceri queant, quomodo ab eius notatione, à conjugatis eius argumenta probabilitas desumantur; quomodo eiudem ambiguitate ludat sophista, fieri tamen illud, non in primo Logices libro, non in parte eius generati, formalis, sed in materiali, in propria convenit. Et illud quidem in doctrina Topicā, hoc, in Logices appendice, in doctrinā Sophistica.

12. (2.) Nec agendum (a) in Logicus de Causis, quatenus causa ceterisq;, quæ talis: qua, quia cum subiecto objectum in mente non habens, sed extra humanam mentem existunt. & sive eadem cogit illa, corundemque ratione sibi imprimat, sive non, esse possunt; prima, non secunde notiones sunt. Vnde in admirationem nos abripit, reperiri homines Philosophicā eruditione non leviter cinctos, qui, quod ex his syllogismis constet, adserendo, notiōnem secundam ex primū constare, in primis resolvi concedunt. Quis causam terminum simplicem extra seriem prædicamentalem, internum; terminum simplicem notiōnem Logicam; notiōnem Logicam secundam notiōnem dicendo, causam, quæ causa, eiusq;

Non debet
tractari de
voce
(a) in Logicis
Vox aliò atq;
aliò resp: ad
Phys: Meta-
ph. & ceteras
disciplinas re-
ferti potest.
(C) Non in
primo Logi-
ces libro.

Nec de causa
quæ causa
&c. in Logi-
ces tractare con-
venit.

Syllogismus
non constat
ex causa &c.

Species

Causam qui terminum sim plicem extra seriem praedicationis dicunt, eana deo rationem secundam adserunt.

Causa secundum hanc termini simi plicis divisionem, neq; prima, neq; secunda notio est.

Predicabilia Porph. non sunt distincta organi Arist. pars.

species omnes (quod enim de tali dicitur , eidemq; convenit , quà tale , convenit omni tali) etiam materialis primam , & formam , que essentialia corporis naturalis principia , notiones secundas statuunt : idq; non modo per collectionem hanc ; qua fundamento huic , quando alterum de altero dicitur tanquam de subjecto , quidquid dicitur de adjuncto , idem dicitur de subjecto , innititur . sed & alius in locis apertissimè : ne attendentes quidem quòd in præcedentibus terminum simplicem vocis , qui notio Logica , in prima & secunda intentionis , divisione quidem absurdissimè , qua est notio secunda in primam & secundam , divisorint ; atq; ita causa , ceteraq; bac singula , secundum hanc divisionem , non modo non secunda , verum prima neg^r , neq^r secunde notiones sunt.

13. () Neg^r in primo eius libro : Quia quatenus possunt esse medium syllogismi topicus , (quà ratione quidem de causis &c. in Logicis tradatur ,) non ad communem Logices partem , adeq^r nec ad primum eius librum , sed ad materiale , eamq; topicam , tanquam medium hujus syllogismi , pertinens.

14. Aristotelici maximam partem librum hunc à predicabilibus ordiuntur , qui & de synonymo & paronymo doctrinam ante-prädicamenta , & modum cognoscendi conceptus illos qui negativè disponi debent , post-prädicamenta vocant ; quorum opinio hec nobis negarri sit hattenus , neg^r jam nunc arrides . Etenim , ut ratiocinamus ea , que sub predicabilium titulo proponuntur , in categoriarum doctrina ab Arist. proposita esse sufficien- tissimè , ita ut partem Arist. organi non faciant distinctionem , sed ea , qua ille dixit , uberior explicent ; vel hoc du- taxas urgemus , quòd per hos titulos omnium rerum praedicandi aptitudinem exprimere velle , inconveniens , im-

mò impossibile : quum non omnes predicandi modos ad eosdem referri posse, vel haec doceant exempla : DEus de Patre , Filiō , & Spiritu Sancto pradicatur , non ut genus , non ut species , non ut differentia , non ut proprium , nec ut accidens . Ens item de Deo & creaturis . Vnum uerum bonum de homine & Leone . Aut igitur his in enuntiationibus nullum est pradicatum , quod implicat ; aut illud non est ens , quod falsum ; aut Logica non omnium , sed creatarum rerum tantum pradicandi monstrat aptitudinem , quod hi Autores concedunt , adserunt .

15. Cui assertioni quo nimis subscribamus , & obiectum Logices adequatum , & finis eiudem internus , ultimus causae sunt . Illud : est siquidem Ens , & omne Ens , h. e. Ens non in formali modò , seu simplici suppositione , in qua obiectum Metaph : verum & personali ; & debinc tam pro hoc , quam pro illo notiones secundæ formari debent . Hic aquæ ac in omni materia obtinet , hoc est sequundum à Logico prescriptam rationem , in omni materia formari potest ; ita & principia eius : tam proxima & complexa , propositiones nempe , quam prima & incomplexa , seu que pradicandi notant aptitudinem . Adde , quod , perinde atq; notiones grammatica , quas & DEus & transcendentia non respuunt , sed recipiunt ; ita & haec notiones Logica nihil in rerum conceptibus primis mutant , sed eos tantum ad suum forum adplicant atq; sic aptitudo pradicandi in his latens notionibus Logicis omnino erui , notari potest .

16. Quod estò alii non concedant , quibus transcen-dentes conceptus non in predicamentu ; predicamenta fundamentum Logicarum operationum omnium . DEus , item , non perfectè concipi possit , & huic , quod perfectè concipi nescit , neq; conceptus sive notio secunda compe-

Hæc predicatione non notant omnem prædicandi modum .

Logica non modò pro rebus creatis , verum & in creatis ac transo : notio neq; à simpli : formare debet probatur .

1. Subjecto Logices .

2. Fine .

3. Notionibus secundis Grammaticis & Rhetorics .

Impugnatur thesis hac .

sit. Nos tamen, quì th. 14. fundamentum nostra opinioñis
digítò monstravimus mediò, rationes has, infirmas
quippe & imbecilles, quin admiremur non possumus.

Vindicatur.

Quomodo res
creatas &
transcen-
des in predi-
camento esse,
adfirmari &
negari possit.

Predicamen-
ta qua raa-
tione sint, &
non sint fun-
damentum
operat: Logia-
carum.

17. Etenim, quòd, transcendentia in prædicamentis
esse, negatur; quòd, prædicamenta Logicarum opera-
tionum omnium fundamentum esse, adseritur, ut duri-
zer dictum, ita accurate explicandum est. Prædicamen-
tum est dispositio primorum conceptuum, sequundum, in
illis latentem, ac per synonymum & paronymum erutam,
notatam, prædicandi aptitudinem. Quid igitur impe-
diat, quo minus non creatarum tantum, sed & increa-
tarum rerum conceptus in prædicamento esse possint, b.
e. possint ita disponi sequundum hanc prædicandi aptitu-
dinem? Concedimus quidem lubentissime, esse ex his ne-
terminatae & non præcisè sumitur; nimirum pro ista
classe in quā ordinantur conceptus rerum creatarum in
modo prædicandi illo, qui simul inserto esse genus, vel
species. Sed quid hac ad rem?

18. Similiter, quando prædicamenta dicuntur fun-
damentum operationum Logicarum, intelligitur illud
vel de prædicamentis formaliter, quatenus talia, &
fundamenti vox de subjecto, aut materia, ut idem sit
ac prædicamenta esse illud subjectum, materiam illam
cui suas notiones inponit Logica. & ita omnino falsa
est hac adserio: eo, quod notionem secundam (prædi-
camentum, hoc modò sumum, notio secunda est) sub-
jectum Logices facit. Vel sumitur materialiter, ratione
fundamenti, pro rebus huic dispositioni subjectis; & hinc
quando notio prædicamenti tantum pro illâ dispositione
conceptum in modo prædicandi supponit, qua simul in-
sert genus & speciem, negamus has res tantum esse fun-
damenta.

damentum Logices, hoc est, recipere notiones Logicas,
vid th: 15. Quando verò præcise pro dispositione in mo-
dò predicandi adhibetur, hoc sp̄sum absq; ullo omnino
absurdo concedimus.

19. Porrò ad illud, quō dicitur nec DEam, nec transcendentia perfectè concipi posse, & debinc nec notiones secundas recipere, notandum: perfectè concipi duobus modis sumitur: aliquando strictè, pro definitivò concipi, aliquando latè, pro concipi à posteriori, vel etiam aliquatenus quidditativè. Priori modò quod si sumen-
dum rō perfectè concipi, concedimus neg DEam, neg
transcendentia perfectè concipi posse: Negamus autem, ob rationem hanc, neg conceptus secundos ipsiis his inponere posse: fieret namq; hoc ipso definitio fundamentum opera-
tionum secundarum Logicarum, quod falsum. Si vero posteriori modò explicetur rō perfectè concipi, ipsa hac perfectè concipi non posse, negamus, pernegamus.

20. Sed nec convenienti loco posita sunt hac pradi-
cabilia: angustum enim augstiori anteponitur. Longè
quoniam latius, ac prædicabilia, se extendunt synonymum
& paronymum, ad qua omnis predicandi materia, sit
sive Theologica, iuridicæ sive, sive medica, aut Philo-
sophica referri potest; ita ut, si deberent se jungs, priue
de synonymo & paronymo, quam de prædicabilibus agen-
dum foret.

21. Et sancè Ante-pradicamenta, qua, non ab Arist, sed eiusdem interpr: haud convenienter, ita dicta, ali-
qualem saltem premonitionem dicere, partem Logices
negare, nimis est præpostorum. Sunt quia primum Logi-
ces effectum, quod continet predicandi aptitudinem,
non ut prædicabilia, respectu conceptum creatorum san-
ctum, verum respectu Entis; ita, ut prædicatio dari
possit

DEam &
transcendentia quā raa
tione per
fectè concipi
possint, &
non possint,

Prædicabilita
Proph. non
sunt convenia
nti loco possi
ta in libellis
Logi:

Anteprædi-
camenta sunt
omnino pars
Logices

possit omnino nulla quæ ad modum praedicandi aut
magistrorum, aut orationis referri non possit.

Post q[uod] predica-
menta non
explicant
voce[s] &c.
sed ostendunt
modum bra-
dicandi nega-
tum.

Legitimus
harum notio[n]o[n]
num orde ex-
primitur.

Quæ notiones
hic formande
repetit.

Quomodo
Logicus in
hac efforma-
tione proce-
dat, docetur.

1.
Intichros
ipsas

2.
Inepta reiicit
inepta sunt
duplicis gene-
ris.

22. Similiter haud convenienter dicuntur post praedi-
camenta explicare non nullas voces, quarum in men-
tionem Arist[ote]lis categoriarum doctrinam explicans, in-
cidit. Multum hoc Aristotelico derogat acuminis, mul-
tag[us], hac ratione, in post praedicamentis explicanda fo-
rent pluria, immo tota sere Metaphysica, sed de de his suo
loco.

23. Quum itaq[ue], ob rationes modò dictas, eis
que hucusq[ue] in primo logices libro tractata, una cum or-
dine, quō tractata, dubia nobis videntur; labet altius,
cum amici animi exortatione, rem repetere; & quoniam
constat formari in hoc libro notiones Logicas illas, que
praedicandi notant aptitudinem (subjecta, quippe qua in-
finita, que nota, Logicus non curat) suntq[ue] syllogismi
principia remota, addimus porro Logicum in hoc labore
ita procedere: Quoniam arti similis Logica, ideo; ante-
quam efformet simplicia noemata Logicus, res ipsas; pe-
rinde ac Arcularius aut seriniarius lignum, Aurifaber
oculis introspicit, uti animadvertis in quibus obedien-
tialis potentia lateat ad notiones Logicas has recipien-
das.

24. Quod dum facit, attingit non nulla quæ reti-
pere notiones Logicas inepta, & quidem vel à vobis sim-
pliciter, h. e. quæ non hanc modò primam, sed omnes ope-
rationes Logicas effugiunt, vel agm. n. & sequun-
dum quid, quæ, non ad omnino omnem, sed inprimis
hanc operationem Logicam inepta sunt, aliquò verò,
eòq[ue] suò modò ad syllogismum faciunt. Illa equivoca,
hec individua sunt. Equivoca ad hanc operationem

Logicam ob geminam rationem inepta sunt: (1.) èo, Equivoce quod, quamdui equivoca, non representant unum con- quare ad ceptum, sed mentem distrahunt. (2) Quod nec commu- operationem: nes affectiones, aut certas proprietates equivocatis com- primam Log- municant; atq. sic nihil determinati de ijs concipi potest; inepta, ubi verò nihil determinati concipitur, ibi quoq. simplex notio secunda locum habere nequit.

26. De his equivocis, non positivè; quasi essent pars Quomodo de Ante. prædicamentorum, quod opinantur plurimi, qui hic tractat hujus vel oblii, vel omnino nescii canonis: equivoca Logicus, non ingrediuntur scientias & disciplinas; sed privative agit Logicus; scilicet, non uti ponat, sed removeat. Quemadmodum enim Arcularius nequit dolare lignum ad formam mense, aut scamni introducendam, nisi prius clavos extrahat, nodos præsecet: ita Logicus ineptas res omnium primò amovere debet, uti ab illis in ipsa opera- tione sibi cavere possit.

27. Quod uti & alii faciant, sibi ab equivocis ca- Equivoce veant, hunc artem docens, eadem in modum describit: quid. Equivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, ad illud verò nomen accommodata essentia definitio di- versa. Ut, canis cælestis, terrestris, marinus, equivoca sunt: habent enim commune canis nomen, & juxta hoc nomen, præterea nihil; quum aliter cælestis, marinus aliter aliter terrstris definiatur.

28. Tria porrò ponit equivocorum attributa ex qui- Tria equi- bus primum hoc, quod habeant commune nomen: unde & vorum equivoca dicuntur quasi aquæ primò per aliquod nomen attributa, seu notata. Vel, ut scilicet loquitur, quod vocis hereditate æquali rem in aequalem representant. Secun- dum, quod habeant diversas definitiones: si enim unam haberent, non equivoca essent, sed univoca. 3. Et ha- diverse

diverse definitiones oporteat sint iuxta illud nomen: contingit enim extra illud nomen esse, non equivoca, sed synonyma: ut, canis marinus, calciferus, terrestris sunt equivoca in vocabulo canis, in corporis vero voce synonyma.

Dividuntur
in equivoca
consilio &
casu.

29. Dividit porro equivoca in equivoca consilio & casu. Illa sunt, quando nomen commune rebus diversis propter quandam convenientiam est inditum: ita ridetur tribuitur homini & prato. Hoc, quorum ratio, propter quam rebus imposita, dari potest nulla; unde equivoca pura, vel pure equivoca dicuntur; & tam de his, quam de illis hac notanda regula: In equivocis non admittitur variatio accentus, declinationis, quantitatis, adspirationis, diphthongi, partis orationis &c.

Individua
que & quare
in disciplinis
non atten-
dantur.

30. Individua; in actu scil: exercito summa. & que habent speciem eandem que in pluribus singularibus radicatur; (a) Quia ad multitudinem nobis infinitam; (b) omnia omnium naturalium specierum individus colligere impossibile; (c) Non habent distinctam diversamq; essentiam, sed numero saltem distinguuntur, ut in disciplinis ceteris, non currantur in Logica.

Quare ad
hanc operac-
tionem Log:
inepta.
Non sunt
predicabilia.

31. Sunt & inepta ad operationem Logicam, possimum primam, b. c. ad notionum incomplexarum fabricationem, quibus praedicandi aptitudo, in rebus universalibus latens, eruitur, ostenditur. Vel, non sunt predicabilia: eo, quod nullam admittunt divisionem subiecti, vel subjecti loco stans in enunciationibus.

Explicantur
nonnullae enun-
ciationes, in
quibus indi-
viduum pra-
dicari ride-
tur.

32. Nam quamvis dicatur: Homo est Iohannes. Hic homo vocatur Iohannes; non tamen praedicatur in his enunciationibus individuum: sed in prima est predicatione contra naturam, praedicatur enim angustius de latere; habetq; praedicatum non individui, sed Acciden-
tis ratione.

et rationem, ita ut sensus sit: a cedit homini appellari Iohannes. In secundâ vox Iohannes obtinet rationem speciei, hoc sensu: Nomen Iohannis tribuitur huic homini & illi. In tertiat vel idem est prædicatum sequendum rem & rationem quod subjectum, & sic nulla est prædictio. Vel virtus quadam prædicatur de Iohanne, hoc sensu: ibi Iohannes erat Iohannes, virum se præstabat.

33. Est autem individuum, quod in plures species, seu pluria eisdem natura sectione Logica amplius non dividitur.

34. Profertur vel (1.) ut determinatum, quod & signatum aicitur, cui nomen certum inditum est: ut Aristoteles, Plato, Petrus, &c. (2.) ut demonstrativum: hic homo, pro Socrate, quando scilicet socratem monstro aliquo digito. (3) per periphrasin limitatum à formâ, figurâ, loco, patriâ: ut injustè damnatus à concilio constantiense, pro Iohanne Hus. Poeta Veronensis, pro Cattullo (4.) vagum, quando nota particularis voci universali additur: ut, quidam studiosus. (5.) γετ' ἔχον, vel ex certâ hypothesis, vel aliam ob causam: ut, Poeta Latinus, pro Virgilio. Summum Ens, pro DEo, Redemptor pro Christo.

35. Ceterum, his itare remotis, ad veram operativum sese adtingens, Logicus denuò introspicit & intuetur conceptus rerum universales, aut genium universalis habentes, &c., uti innotescat prædicandi ratio in his delitescens, prædicandi modum indagat. Est autem modus prædicandi affirmativus alias, alias negativus; illum in ante-prædicamentis notatum, in prædicamentis ob oculos ponit, seu representat. Hunc in post prædicamentis signat.

36. Concepimus, porrè, qui affirmatiuè disponi possunt,

Individuum
quid.

Profertur
s. modis.

Rejectis ine-
ptis: Log:
veram operati-
adreditur

Intuetur
iterum res.

2.
Indagat pre-
dicandi ra-
tionem &
modum que
vel affirma-
tiuè

in conceptibus qui adfīrmatīvē disponi possunt⁽⁴⁾ quā latius & angustius.

fūnt, disponit sequundū, sub & supra, attenditq; an
ēn rebus istis sit latius, angustius, aquale. ipsa enim na-
tura Logicum hoc docuit, quōd illud, quod de aliquo
pradicare debet, necessariō sit vel latius, vel aquale.
Etenim, in omni predicatione vel converti potest prēdi-
catum cum suo subjecto, vel non convertitur. Si illud,
aquale est; si hoc, prēdicatiō latius.

Latius & an-
gustius quā
via inveniet.

37. Hoc latius & angustius facile invenit Logicus
ex conversione, quae enim converti possunt, aequalia sunt,
qua non possunt, sunt latiora. E. g. Ens tribuitur D̄eo
& creaturū: hinc quando dico creatura est Ens, & vi-
deo quod converti hæc non possint, ita uti dicam, omnis
creatura est Ens, & omne Ens est creatura, vel creatum;
video quōd Ens latius sit creaturis, & debet ut latius
essentialē de creaturis adfīrmatīvē prēdicari possit. Item
quando dico, homo est rationalis, & video, quod hæc
inter se converti possint, ut dicam, omnis homo est ra-
tionalis, & omne rationale est homo; nō rationale essen-
tiale aquale ad hominem esse animadverto. Et sic conse-
quenter.

38. Hac quando novit, nempē quod superiora de
inferioribus, aequalia de aequalibus naturaliter semper
pradicentur. Et insertora naturaliter semper subiiciantur:
eo, quod prēdicatum debeat inesse: angustiora vero
non latioribus, sed latiora angustioribus insint: ulterius
progreditur, & disquirit quomodo latius respiciat an-
gustius, & aquale ad inaqualē se habeat. Qued dum
faciat, duplēm invenit respectam; essentialē, & non
essentialē: Hoc est; quidquid in rerum natura aut esse aut
inesse: Esse ipsam essentialē cum quā confertur, Et sic rem
ipsam respicere essentialiter. Vel inesse, b. e. non dicere

B.
Attēdit
quomodo la-
tius ad an-
gustius, & quis
le ad inqua-
le se habeat
vel respiciat
invenit dupl-
lēm respectum

essentialē

essentialiam illius, ad quod referatur, sed respicere illam
essentialiam accidentaliter, seu extra essentialiter.

39. Hac ipsa adfirmata videt Arist: auctoritate, hunc respon-
qui libro Categ. res, inquit, quadam de subjecto dicun-
tur, quadam in subjecto insunt. Dicimus de subjecto Geminus
est alicui rei & nomen & definitionem communicare. Arist: pro-
Vel, est essentialiter pradicari, & tribuitur illis com-
ceptibus qui alios unione essentiali respiciunt. Terminus
in subjecto esse sumitur vel realiter, & Metaphysice, vel
intentionaliter, ratione operationis Logica. Realiter
quando sumitur, designat id, quod alicui non ut pars &c.
inevit, nec tamen extra illud esse potest. Intentionaliter,
accipitur pro conceptu, qui alium respicit per accidens
in ordine predicandi.

40. Illos conceperis, qui de subjecto dicuntur, vocat y. Tandem qd.
synonyma. Eos, qui subjecto insunt, paronyma. Atq; qui se essen-
ita duobus hisce titulis notat res ad predicandum a-
ptas; ita scil: uti ijsdem has notiones secundas imponat, tialiter re-
spiciunt inā spiciunt inā eademq; in se, easdem recipendi, obedientialem habeant ponit notioe
potentiam; quam que non habent res, eas, ut inceptas nem synony-
ad hanc operationem Logicam, rejicit. ni, qui extra
essen: paron

41. Miraris fortean quod diximus Logicum ita intro. nymis.
Spicere res ipsas, ipsarum ve conceptus, acue hoc ipso prima
Logices pars, quam communem communiter vocamus,
cum formalis, specialis, seu propriâ confundatur, vereris
primaq; materialis fiat: èo, quod synonymum & para-
nymum in modo essendi fundata afferimur. Verum enim Occupat
verò, nec quod miraris, nec quod verearis est: Etenim,
quia ha Logica notiones ratione potentiae obedientiales,
qua in omnium disciplinarum objectis resider, formata
sunt; ita, ut quodvis disciplinarum enunciatum iuxta

illas notiones Logicas considerare possit & resolvè; ipsae
bas notiones formales esse Logicos respectus non dubita-
tur.

Duo Log:
munera,

Formalle
respectus Logi-
cicus quis.

qui materi-
alis.

Pars commu-
nik Log: quo
modo respon-
sia materi-
alem.

Synonymum
Log: quod.

42. Duo enim sunt munera Logices, nempe for-
mem accuratè fabricare, quam ritè adhibere possimus ad
Ens, & omne Ens, nec non ad quemvis de quovis Ente
discursum; & hec norma, quoniam non respectu alicuius
determinate materia formatur, formalis respectus
Logicus salutatur: cuius hac formalis ratio, id aptum
esse applicari ad omnium disciplinarum objecta, & ob-
jectorum istorum species & modos; ita, ut esse respectum
formalem Logicum & tamen ad omnia non posse appli-
cari, simplex sit contradic̄tio; Et hoc ipso formalis
respectus à materiali distinguitur.

43. Alterum munus concernit medii cum extremis,
& premissarum cum conclusione agnationem, h. e. ex
adequato medio disputare docet in certa arg. determina-
tè materiæ, unde respectus Logici materiales oriun-
tur.

44. Omnipotè igitur falsum erit, quod nō fundari in
modo essendi inferat respectum Logicum materialem.
Omnino concedendum, communem Logices partem non
omnem, sed determinatam tantum, respucere materiam.
Nationes enim secunde non inponuntur non enti, sed
enti; adeòq; in primis notionibus aliquid distinguunt illud
quod extra mentem aliud per accidens respicit, ab eo
quod essentialiter. Et quia haec notiones in omnibus re-
periuntur, rectè dicuntur respectus formales: ille vero
respectus materialis est, qui fundatur in determinata
materia determinato essendi modo.

45. Est itaq; synonymum notio Logica simplex, in-
posita concepsibus primis, qui se essentialiter respiciunt.
Vel, exprimens aptitudinem pradicandi essentialē ex
his rebus

bis rebus oram. Arist: *synonyma sunt, quorum & no-*
mēn commune est, & quā juxta illud nomen, essentia
definitio eadem. Hinc canon: *Quando alterum de al-*
tero dicitur tanquam de subjecto, quidquid de attributo Canon pro-
(prædicatione scilicet, directâ & essentiali) dicitur, idem dic: syno-
dicitur de subjecto. nym:

46. Duo sunt in definitivâ hâc oratione observan-
da studiô: *Definitum & definitio.* Illud est nō *synony-* Explicatur
mum, quod quid significet, si non aliundē, ex scilicet nōmen syno-
poti potest, qui lib: 4. de L. L. cap. 91, pag. 208. Univo-
ce, inquit, à Gratiâ curwūma prudentissimè dicta: cum
nomine enim rem cōmunicant, & ov̄ non ea taurum
que sub nomine, sed & cum nomine nominis rationem
conjungit.

47. Latinis dicitur *abstratum*: quod non nomen *synonymum*
solum, seu *denominationem*, sed & formam *abstractam* quibus nōmī-
communicat. Intelligas autem *abstratum* non *Metaphy-* nībus aliis
sicum, quod realis terminus, & præcisè essentiam non veniat
concretam seu aggregatam ponit, non attingendo utrum
de essentiâ alterius termini sit iste, sive non; sed Logi-
cum, quod non semper formam simplicem ponit, sed &
quandoq; concretum admissit, & essentialiter respiciens,
in abstrâcto quod prædicatur, & univocum, commu-
niter quidem, sed inconvenienter dicitur.

48. In definitione primò ponitur *genus*, 2. *diffe-* Genus synon.
rentia. *Genus* est notio *Logica simplex.* *Differentia*, Log:
qua hic sumitur pro eo, quō hac notio *Logica* constitui- Differen:em
tur talis, & analogiè formalis ratio dicitur, est nō ha- Explicatio
bere essentiale (essentiale in his loquutionibus intellige rock essentia
non tam per compositionem realem, quam per itendita- le in hac defini-
rem sequundum rem, & essentiam) respectum, vel dice- finitione.

ari per actum mentis essentialiter disponi possit. Facile
hoc ob sinebis, qui hæc formalis rationis in genere requi-
sita ad nostram hanc applicabis (1) Quod sine contra-
dictione à re abesse non possit. (2) eamq; ob opposito suo
distinguat.

Requisita for-
malis rationis

rock parony

mi.

Eius descri-
ptio.

Aristotelica
haec descriptio
quomodo
accipienda.

Explicatio.

Paronymi
requisita;

49. Paronymum, quod I. C. Scalig. lib : 4. de LL.
cap. 91. pag. 209. docet, τοιχὴ ἐπονοῦ δερινatur, & la-
tinus denominativum dicitur; ita ab Aristi: describitur
τοιχώνυμος δέ λέγεται, οὐδὲ διὸ τοιχόνυμον διαφέρειν την πλάστιμην
τοιχούμην τοιχούμην τοιχούμην. Denominativa v. dicun-
tur, quæcumq; ab aliquo differentia casu, sequundum
nomen appellationem habent. Hoc est, denominativa
sunt, quæ ab aliis derivata idem habent initium, di-
versum finem, id enim est casu differre.

50. Notandum autem quod hæc paronymorum de-
scriptio de potissimo saltem analogate, agat de iis nempe,
que & re & voce sunt talia; ut concreta, & nomina
aliunde derivata. Hae ita se habent uti (1) inferant
convenientiam; nempe in principio convenient cum
suo abstracto: ut doctus cum doctrina. (2) Differentiam
importent: h. e. ut à formâ suâ abstractâ discrepent in
fine. (3) Diversitatem ponant, qua est à parte rei: di-
cunt enim aliam naturam à suo subiecto, sive extraneam
de nominationem. Hinc tria in de his denominativis consi-
derantur: (1) Forma denominans, qua est abstractum alii
quod Metaph: à quo, vel per quod sit denominatio: ut, ab-
bedio, doctrina. (2) Denominatum, quod est res, qua
dicitur talis vel talis ob illam formam denominantem.
(3) Denominativum, quod est ipsum concretum, cum
formato denominantem, tum rem denominatam infe-
rens.

51. Sed has tantum, quod diximus, in paronymis
ob sinepsi

obtinent, que re & voce sicut sunt talia; prout evans
ab Arist: descripta per modum paronymorum maxime
& in primis notum. 2. In illis predicationibus, que re
& voce sunt denominativa, in quibus per casum rectum
mediante verbo sum, vel est, absolvitur denominatio,
ut quando dicitur: Petrus est risibilis. Quod si vero alius
verbis efferratur paronymia & denominatio, vix, aut
satis obscurè tria hac distincta poterunt notari: E. g. in
his: Homo est doctrinā praditus. Petrus pollet virtutē
bus. Immò etiamē medianie verbō est, sed oblique case
dicatur: ut, in homine est temperantia. Sanè parony
mica est hac predicatione, in qua tamen predicatum paro
nymum non aliud est à formā denominante. Similiter
quando dico, Petrus dormit, est predicatione paronymica,
subjectum paronymum, nec tamen derivatio nominis ibi
dari potest, qualis in definitione vulgari paronymorum
requiritur.

52. Unde notandum quod denominativa aliqua Denominanda
tira quotupl.
sunt significazione tantum: ut virtus, studiosus. Alia vo
ce tantum: ut somnus, somnolentus. Homo, humanus
(id est mansuetus.) Alia voce & significazione simul,
& hac ultima, ut ab Arist: ipso, ita & ab eius inter
pretibus tractantur.

53. Communiter ita definire solemus paronymum:
Paronymum est notio secunda Logica generalissima, sim
plex, ostendens pradicandi aptitudinem in iis rebus,
inter quas est respectus non essentialis, sive per accidens.
Vel, paronymum est, quod non est de essentiā subjecti.
Quod non dicit esse subjecti. Quod non essentialiter, vel
in quid, sed in qualia pradicatur.

54. Que cuncta omnium optime cum ex opposito
paronymi, quod synonymum, cum ex eiusdem requisitus
Explicantur
hec (1) oppo
sitō syno
nyme,

seu conditionibus intelligi possunt. (1) Quemadmodum enim illud ex essentiali rerum respectu derivatur ad essentialē & quidditativam pradicandi aptitudinem ex primendam: ita paronymum eruitur ex non essentiali conceptum similitudine, ad notificandem accidentalem & extra essentialē pradicandi aptitudinem.

(2) Requisita paronymi.

Denominatio
niva quomodo
ab alijs deri-
vata;

Quō sensu in
ijs sint, qua
denominantur

Quā ratione
attribuat sub-
jecto nomen,

Quomodo in-
quale pre-
dicatur;

55. (2) Requisita Paronymorum sunt: (a) ab alio esse derivatum: non semper sequundum derivationem grammaticam, sed sequundum rem: quomodo à somno deducitur dormiens. Alijs dicitur hac derivatio Lögica.

56. (3) Quod denominat non est ipsum quod denominatur, sed in ipso; adeoq; illius essentia aliquid superadditum. Quemadmodum enim id quod inest non est ipsa essentia, sed eidem aliquid superaddit: ita in predicatione ipsa non ipsam essentiam notare, sed eandem quasi extrinsecus denominare debet. Atq; sic semper quae denominant sunt in subjecto attributionis, licet non sint in subjecto inheritionis.

57. (4) Attribuit quidem (attributione ratiōne non equivocā, sed per accidens talis, sive non essentiali, qua supponit unionem quādam in ipsā refundatam, & nobis minimē cogitantibus existentem, sive illa unio sit accidentalis, sive substantialis) subjecto nomen, sed non ipsam definitionem: sic homo est visibilis, recte dico, sed non, homo est accidens, vel potentia ridendi.

58. (5) Pradicatur non in quid, sed in quale. Intellige quale sive qualitatem non strictè ita dictam, que in qualitatis categoriā continetur; terminus enim hī taxicologīs est, & significat quod pradicatum non integratur intrinsecam naturam subjecti: sed extra illam manens illud more qualitatū adsciat. Hac de ordine

corum

eorum qua in librū generalis Logices partū tribus obser-
vanda. Hec de ordine inter ea, qua in primo horum lā-
borum tractanda. Hac de synonymo & paronymo in
præcisione dixisse, sufficiat.

59. Ad questionem responderi restat in quā
de illo quod subjecti loco positum, notandum, quod abstra-
ctum & concretum, synignum item & paronymum
Metaphysicum aliud, aliud Logicum. Metaphysicum
abstractionum simplicem formam sive essentiam significat,
ad eoz præcise unum representat conceptum. Non enim
hic terminus simplex, compositio oppositus, id denotat
quod in diversis entitatis resoluti non potest, sed acciden-
tali compositione contradistinctus id, quod res distinctas
non implicat, infert: quō sensu quasi sine plica rerum
distinctiarum dicitur.

60. Estq; vel ultimatum, vel non ultimatum. Hoc
alteriore admittit abstractionem: ut, albedo, color,
homo, corpus. Qui termini, quoniam simplicem rem
& naturam representant, abstracti quidem sunt, ita
nam, ut adhuc alia de ijs fieri possit abstractio: ut, ab
albedine, albedineitas; à colore, coloritas, &c. Illud
ultimum habet abstractionem: ut coloreitas, & quam-
modo dicta reliqua.

61. Ultimatum, essentia, non ultimatum, existen-
tia aliis dicitur. Quod quamvis, accuratè de terminis
loquendo, inconvenienter fiat, admitti tamen potest.
hoc observatō: quod in substantiis, non vero accidenti-
bus procedat; in quibus abstractum non ultimatum E. g.
Color, essentia, ultimatum, coloreitas, inherentia di-
citur.

62. Concretum cum subjecto suo formam significat.
Vel, compositum habet significans vim. De hoc concreto
& ab-

Respond: ad
quest.

Metaph:
abst. quid.

to Simplex
quo moda
sumatur
hic

Abst:
Metaph:
quotupl:

Concretum
quid,

¶ abstracto proposito in questione nos non loqueris, quod
innovesceret, adiecimus quasi subjecto eiusdem in Logicum
Addimus tamen hic, quod non omne concretum Metaphysicæ
adjectivum. Sanè, omne adjectivum est concretum: dicitur enim quod alteri quasi adjiciatur; & ita utrumq[ue] inno-
fert, id quod adjicit, & id cui adjicitur; nisi substantiæ
vè pro suo abstracto ponatur, quod Gracis quam frequen-
tissimum. Verum non contra, omne concretum est ad-
jectivum, sed & substantiva concreta esse possunt, E. &c.
Filius, Pater, &c. quæ & substantiva grammaticæ
sunt, & concreta Metaphysica.

Similiter et
Logicum.

63. Synonymum & paronymum Logicum quid sit
thesis 45. 47. 49. & 52. aperuit, quod ipsum hic intel-
ligi, uti scires, adiecimus illi quod subjecto loco positum
in Logicum, in questione nostrâ, ad quam adformativè
respondent autores plurimi, negativè vero, cum nobis
suis discipulis, non pauciores. Sanè, sciens, adjectivum
abstractum Logicum est ad Physicum, h. e. in abstracto
& essentialiter de Physico prædicatur. De albo & nigro
coloratum &c. similiter, homo, unitas, veritas, boni-
tas, substantiva sunt, paronyma tamen, sive concreta
Logica, quando dico: animal est homo, Ens
est unitas, veritas, boni-
tas, &c. Tantum.

FINIS.

